



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. I. Sancti Romarici genus, & parentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**



SANCTI ROMA-  
RICI COMITIS AV-  
STRASII VITA.  
CAP. I.

*Sancti Romarici genus, & paren-  
tes.*

**E** prænobili Sicambrorum  
genere ortū duxit S. RO-  
MARICVS, & quidem vt  
existimat recentior eius  
vitæ scriptor, è *Faramundi* Francorū  
Regis posteritate. Ipsius parentes fu-  
erunt non stirpe magis quam Chri-  
stiana Catholicaque fide conspicui:  
pater quidem *Romulphus*, magnus in  
Theodeberti Austrasiorum Regis  
aula Princeps; mater autem nomine  
*Romulis* aut *Romulida*, quibus in Me-  
tensi vrbe palatium, Ille pro insigni  
G sua

*MS. V. 2.  
c. II.*

sua in suum Regem fide, quoad li-  
cuit ac potuit, contra illius & fratrem  
& hostem Theodericum Burgun-  
dionum Regem, fortiter depugna-  
uit. Sed posteaquam, occulto Dei iu-  
dicio, cruenta prope Tullum inter  
hosce Reges pugna fuit, & Theoderico  
cessit victoria; captus est, neq; multo  
post à fratre occisus cum filiis duo-  
bus *Theodebertus*. ideoq; nec Romul-  
pho parcitur: sed ab eodem *Theode-  
rico* interemptus, & eius penè omnes  
in fiscum redactæ facultates, arces ac  
prædia in quibus fuit terræ non parū  
ad *Mosellæ* anis ripas, præsertim in ea  
*Iura* seu *Vogesi* montis parte, per quam  
fluere incipit ille *Ausoniano* versu  
celeberrimus fluvius. vbi & castrum  
habuit lidem Princeps in vno quo-  
dam editissimo montis huius iugo.  
*Auendum* vel *Auendunum*, alias *Ha-  
bendum* & *Habendunum*, vulgari tum  
lingua *Habsburg*, de quo postea sa-  
pius. Sepultus vero fuit, vna cum de-  
functâ tandem coniuge, *Romocurii*

M s. l. 2.

c. 3.

D de  
Rosceres  
stemm.

Loth. 10

p. 2886

l. 2. c. 4.

ib.

quod olim *Montfortium* ; vbi adhuc hodie vtriusque cernuntur ossa & monumentum.

## C A P. II.

*S. Romarici nomen, forma, prima  
ætas.*

MS. l.

c. 1. c.

li. 3. c. 1.

qui a

dit et

sigebe

rã Chi

debert

patren

Theod

berti

nũ. qu

regna

cepit e

no Dor

565. fil

deince

Vnde

Roma

ci assu

i italla

gust.

**R**omulphi & Romarici nomina *initium* videntur habere à gloria, quæ *Rhum*, aut *spacio*, quod *Raum* vocatur: *finem* vero, illud quidem ab auxilio, quod *hũff*, istud à potentia: vt sit *Romaricus loci* aut *gloriæ diues* ac *potens*. Et hic quidem forma traditur admodum eccellente, bonisque corporis viribus fuisse. Primis statim annis, vt Christianæ fidei præceptis erudiretur, Deique timore imbuere tur, operam dederunt parentes: & primam ferè ætatem in Australiæ Regum Childeberti ac Theodeberti, aula exegit. Quia vero ad huius fines venit aliquando Sanctus **CO**  
**LUMBANVS**, eique pergratus

G 2 fuit